

173

1. G

n

2128
=

c

3. h

Y

173

1.

o
2. o

1

o

3. o

.

Y

5.



1731.

1. Cromerus, Joh. Ulricus: De optimis iure docendi methodo. Programma, quo academicis ciues et lectiones publ. publ. iuristat.
- 2^o = Cromerus, Joh. Ulricus: Repacto heret'ferio reuen. cithar' filiae natalis. 2 Iunij.
3. Waldekrantz, Joh. Wilhelms: De publica laetitia ob praeventionem impavidis hominum.

1732.

1. Cromerus, Joh. Ulricus: De restitutione spoliati' s'vnius bonae pte' possessioem ... Re. Programma, quo lectiones pri'vatas intimat.
2. Cromerus, Joh. Ulricus: De partibus aequalibus in lucro et honoris sociorum spectando. — Programma, quo lectiones pri'vatas intimat.
3. Hartmann, Joh. Philipp: De authenticis scripturæ lxx ex rationis humanae principiis abstracta.
4. Neufville, Franciscus, Sc: De corpore delicti.
5. Pipe, Franciscus Antonius Thesorum: De successione fo'minarum in fentis



1733.

1. Cranerus, Ioh. Ulricus: *Programma calculo Miner-
iae suo terminos vindicans, quo tot lectiones
privatas et - intimat*
2. Cranerus, Ioh. Ulricus: *De aequitate quam-
tatis subalstis et derarum Illustrium et nobis-
litione: Programma, quo lectiones privates intimat*
3. Cranerus, Ioh. Ulricus: *De iuris consulto iuven-
tute. Oratio. Accedit Christianus Wolfius:
Epistola gratulatoria. De utilitate artis inve-
niendi in systema redivigeniae*
4. Hartmannus, Ioh. Adolph: *Israhelita Dei a priori
in demonis tratur*
5. Hartmannus, Ioh. Adolphus: *De officio iudicis
civica penae aut testium assertionem.*
6. Mueller, Iohannes Heinrich: *De testamentis prin-
cipium*
7. Wolfius, Christianus: *Nun while sit, artem invi-
niendi, in systema redigi. Epistola gratulatoria
et Ioh. Ulricum Cranerum.*



1734

1. Camerarius, Joh. Ulricus: Deo, quod justum est
circa voluntarum desponsationem. Programma, quo
lectio[n]es privatae intimat.
2. Camerarius, Joh. Ulricus: De diversitate criminis
litionis et litionis Magi. Programma, quo
proselectiones privates intimat.
- 3rd. Camerarius, Joh. Ulricus: De jure principis
concessione et viae actatis. Programma.

Yagub Camerarius, Joh. Ulricus: De pacto filiae nobilis
hereditatis remuneratio resumptivo.

5. Haskmann, Joh. Adolph: De concordatis nationes
Germanicas.
6. Hombergk, W. G. Fried.: De concursu praesum.

Fionum

1735

1. Camerarius, Joh. Ulricus: De laetione eunori.
recte expectantia. Programma, quo lectio[n]es privatae intimat.
2. Camerarius, Joh. Ulricus: Coniunctio imperii Romani



cum regno Germanico sub anno I. Progenies, quo
proleches et Mosis conspectus in jura publica
intimatur.

1733

3. Hamm, Bernhardus, ab: De ratificatione confes-
sionis in tormentis factae.

4. Koenig, Sigismund Frideric: De iure consuetudine
et*ius*.

5. Syfried, Iacob Simon: De iure primogeniture
consuetudine introducto.



yes
this

open

closed

closed

closed

closed

closed

closed





DISPUTATIO JURIDICA,
DE
PACTO
FILIÆ NOBILIS
HEREDITATIS
RENUNCIATAE RESERVATIVO.

XXX.

21

1734,4^a

QUAM
CONSENSU FACULTATIS JURIDICÆ
PRO LOCO
AMPLISSIMORUM ACADEMIÆ PROCRERUM EXAMINI
SUBMITTIT
JOH. VLRICVS CRAMERV
J. U. ET PHIL. D. ET PROF. JUR. ORD.

RESPONDENTE

JOHANNE TRAPP,
FRIEDBERGA WETTERAVO.
AD DIEM 2. SEPTEMB. ANNI MDCCXXXIV.

MARBURGI CATTORUM,
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYPOGR. ET BIEL.



AD CIVICAS CITATUMS
CIVITATIS
S. PETROPOLIS
EPIPHANIAE
GRATIANAE
CONVENTUS
PRO TERRA
VILIPENDIUM ACADEMICUM LOCORUM EXIMI
I. U. ET PHIL. D. ET IACOB. DE ORD.
JOHANNES TRAPP
AD DILECTOS SCHOLAS MINIMI DECIMI
M. B. COELIUS COTTORIUS
Tunc HINC ET CAVETE MULIERE, NEXO TERRA NI TERRA



VIRO
PER-ILLUSTRI ATQUE EXCEL-
LENTISSIMO DOMINO
JOH. FRIDERICO
LIBERO BARONI
DE **S T A I N**,
POTENTISSIMI SVECORVM
R E G I S
HASSIÆ LANDGRAVII,
CONSILIARIO STATVS INTIMO,
ET
REGIMINIS PRÆSIDI
EQVITI S. HVBERTI
ET
DYNASTÆ
IN MVLHUSA AD ANISVM,
DOMINO MEO LONGE GRATIOSISSIMO.

VIR PER·ILLVSTRIS

ATQVE

EXCELLENTISSIME.

JOH. H. RICERICO

LIBERO BARONI

STATI^N

POTENTISSIMI SECCORVM

REGIS

HASSI FANDGRAVII.



E Mæcenatem Eruditorum dum
veneratur Orbis eruditus.
Quamobrem felices se
merito prædicant omnes, qui
bus Tua frui gratia concessum.
Cum ipsemet DOMINE
GRATIOSISSIME omni rerum huma-
narum

D E D I C A T I O .

narum ac divinarum cognitione imbutum habet animum, nemo Te in aestimandis causarum meritis acutior, nemo æquior esse solet Judex. Quamobrem nec meum propositum, quod Viris intelligentibus probari non uno documento hactenus didici, prorsus displiciturum confido. Cum scilicet perpendere difficultates quas in addiscendo Jure experiuntur tyrones, tum quæ in eodem applicando objiciuntur Themidis Antistitibus; omnem cogitationem in medelam huic malo afferendam solicita admodum cura converti. Duo vero agenda mihi esse re curatius examinata intellexi, nimirum ut Juri nostro majorem & claritatem & evidentiā conciliarem. Illa intellectum Legum reddit manifestum; hæc casum Legis sistit aperatum & consensum cum ceteris indubitatum. Atque hoc pacto obtinetur, ut tyronibus non amplius molestias in addiscendo Jure creet obscuritas, quando vulgo memoriae mandare co-guntur, quæ non satis intelligunt; nec Docto-
ribus

DEDICATIO.

ribus ambigua sit Legum applicatio sententiarum
de eodem casu definitendo divortia pariens , ty-
ronum vero non minus quam Doctorum scien-
tiæ cupidos habentium animos desiderium ex-
pleatur , quando veritatem , quæ legibus inest ,
intime perspiciunt . Dedi hujus rei specimen ,
cum Jura de Pacto Hereditario Renunciativo
Filiae Nobilis a dissensu Doctorum liberarem &
beneficio Methodi ad concordiam reducerem .
Virorum Juris Theoria & Praxi valentium be-
nigna expertus fui judicia : sit ita quod alii ,
qui de rebus nondum expensis statuere solent ,
sinistra præcipitaverint . Illa me permoverunt ,
his ne flocci quidem æstimatis , ut argumentum
utilissimum uberior excolerem & Jura quoque
de Pacto Reservativo a dissensu Doctorum libe-
rarem & ad concordiam apertam perducerem .
Atque hunc ingenii mei foetum in conspectum
Tuum MÆCENAS MAXIME
producere , Tuoque Judicio acutissimo submitte-
re ausus . Patere igitur , ut Per - Illustris Nomi-
nis

DEDICATIO.

nis Tui splendore eidem decus conciliem, & Au-
torem Tuo ulteriori Patrocinio haud deditnare:
quo ut diutissime fruar, Deus Te salvum atque
incolumem ad Nestoris usque Senectam servet,
Ita vovet.

PER-ILLVTRIS NOMINIS
TVI

Cultor devotissimus

JOH. VLR. CRAMERVS.



DEDICATIO

mis Tui libellusq[ue] q[ui]d[em] h[ab]et Concilium, & An-
twerp[um] Tuo iurisq[ue] Prædictio p[ro]p[ri]e t[em]p[or]is
tempore d[icitu]r. Domine Tua iustitia sedis
incognitum est in Nefarioris usus Sene[ctut]is lege[re].

Ita Vobis


Bynkershoek in Praefat. ad Observat. Jur.


Rabula magnam partem, non Jetti, satis te suo officio fun-
ctos rati, si judiciorum formulas usque quaque observent,
& sapient ex autoritate semicrudi alicujus Doctoris, addita for-
te, quæ male convenit, regula Juris.


Cyprianus

JOH AIR CRAMERAS











DE
PACTO FILIÆ NOBILIS
HEREDITATIS
RENUNCIATÆ RESER-
VATIVO.

§. I.



*Aetum Filiae Nobilis Hereditatis renunciatæ re-
servativum dicitur illud, quo renuncians con-
ditionem adjicit, qua existente ad hereditatem
renunciatam revertendi facultate polleat.*

Scholion. Nolim objicias hoc Pactum inter Illustres &
plebejos quoque occurre. Concedo. Ast quemadmodum
Pactum hereditarium renunciativum inter Nobiles & Illustres
maxime frequentatur, atque inter illos magis quam hos

A

(a); ita

(a); ita etiam Pactum hereditatis renunciatae reservativum maxime inter Nobiles & Illustres, & frequentius inter illos quam hos occurrit.

§. 2.

Quoniam Pactum reservativum a renunciativo non differt, nisi in eo quod renunciationi adjiciatur conditio, qua existente renuncians, ad hereditatem renunciatam revertendi facultate polleat (§. 1.); *Pactum reservativum non est nisi renunciativum sub conditione initum.*

§. 3.

Pactum Hereditatis renunciatae reservativum validum est (b). Etenim Pactum reservativum non est nisi renunciativum sub conditione initum (§. 2.). Sed Pactum renunciativum filia libere init (§. 37. Tr. 1.); consequenter in arbitrio ipsius positum est, quomodo illud inire velit, an sub conditione nec ne. Hinc Pactum hereditatis renunciatae reservativum validum sit necesse est.

§. 4.

Cum itaque vi Pacti renunciativi Filia a successione, cui renunciavit excludatur (§. 24. Tr. 1.); vi Pacti reservativi ad abstinentiam ab hereditate diutius non obligatur, quam conditio non extiterit (§. 3.); consequenter eadem existente obligatio ex *Pacto renunciativo exspirat.*

§. 5.

Conditio qua existente Filia ad hereditatem renunciatam revertendi facultate pollet, plerunque est deficientia stemmatis

(a) Knipschilt de Nobilit. I. III. C. XII. n. 42. Muscul. de Success. conv. membr. 1. classi 1. concl. 3. n. 229.

(b) Tubingensis ap. Befold. Conf. 22. n. 2. 3. Kellenbenz. Q. 20. n. 6. 9.

matus masculini. Id elucet ex formulis, quibus plerumque filii reservatrices utuntur, inter quas præcipue sequens considerari meretur: Verzeihen und begeben uns aller Güter und Erbschaften / so von unsern Eltern herrühren mögsten / doch dergestalt und bis auf einen ledigen Anfall (c) i. e. bis nach Abgang des letzten Manns Stammens / sive so lang männlichen Nachmens und Stammens vorhanden: quem formula sensum evincunt BESOLDUS (d) & KNIPSCHILTIUS (e), & quidem intentioni renunciantis admodum convenienter. Dum enim hæc verba adjicit, nil aliud exprimit, quam quod velit renunciationem a fratre acceptatam per aliquod tempus tantum valere. Sed quale id sit, ex causa finali renunciationis eliciendum. Unde cum alia causa finalis præsumi nequeat, quam conservatio familiae per masculos, utpote ordinaria (§. 28. Schol. Tr. 1.) ; prona consequentia verborum bis auf einen freyen ledigen Anfall / fluit hic sensus : donec masculi supersint ex fratre. Äquipollent eidem alia, veluti illa qua extat apud Per-Illustrem Dn. de LUDOLPH recepta in Ducatu Stiria (f): Verzeihe und begiebe mich auch dessen hiermit wissentlich in Kraft dieses Briefs / dergestalt und mit einer solchen Bescheidenheit / daß ich noch meine Erben zu vorgemelbten meinem hochgeehrten Herrn Vettern und seinen künftigen Erben / und meinen freunden lieben Herrn Brüdern oder ihren Erben / als lange der selben Janns Stammliche Linie währen wird/

A 2

wegen

(c) Befold. Thes. Pract. voc. Verzieg Adelicher Döchter bis auf einen ledigen Anfall. Ertel Observat. Equestr. T. II. O. IV. p. 70.

(d) Conf. 243. n. 23 seq. (e) c. I. n. 277. Frommann de condit. Paet. Ren. Hered. Rel. §. 8. p. 288.

(f) De J. F. J. p. 171.

wegen solch Vätterlich und Brüderlich Erb / Haab und Güter ferner keinerley Spruch und Forderung noch Ge rechtigkeit sezen / suchen oder begehrten wollen / sollen / können oder mögen &c.

Scholion: Et sane cum per masculos nomen & familia conserventur , nil vero frequentius sit, quam ut Pacta Hereditaria renunciativa ob nominis & familiae conservationem ineantur , zur Erhaltung des Adelichen Stammens und Nahmen (§. 28. Scholion Tr. I.); ratio in promptu est, cur frequentius occurrant Pacta reservativa auf den Fall Absterbens des Männlichen Stammens und Nahmens sive bis auf einen ledigen Anfall. Interdum vero etiam in favorem descendantium renunciationem acceptantis, sine sexus eorundem discrimine Pacta reservativa iniri, obseruavit FROMMANNUS.

S. 6.

Si conditio Pacti reservativi existit, perinde est acsi Filia Pactum renunciativum non iniisset (g). Si conditio existit, obligatio ex Pacto renunciativo exspirat (§. 4.); adeoque Filia a successione sibi delata non amplius excluditur. (§. 24. Tr. I.). Quare cum a successione exclusa non fuisset, si Pactum renunciativum non iniisset (§. 5. 9. 10. Tr. I.); existente conditione perinde est, acsi filia pactum renunciativum non iniisset.

Scholion. Clarissime hæc eluent ex Formula apud Per-illust. DN. DE LUDOLPH (h): besagten Dominii und Erbschafft Rechts begebe mich keines Wegs auf ewig und länger

(g) Besold. Theſ. Pract. voce verzicht & Vol. 4. Conf. 171. n. 246.

251. Harpprecht Vol. Nov. C. 41. n. 82,

(h) Obf. For. T. I. p. 84.

länger als bis auf Absterben meines Herrn Bruders/ und dessen ehelichen Männlichen Decedenten/ von deren Ab- leitung mir und meinen Erben bey allen Väterlichen Erb- Gütern das vorbehaltene Successions: Recht dergestalt offen stehen und bleiben solle/ als wenn kein Verzicht vorgangen. Et hac ratio est cur subinde in formulis exprimatur: Sie wolle auf den Fall Absterbens des Männlichen Stammens und Nahmens eine unverziegene Tochter seyn: oder es solo le alsdenn der Verzicht null und nichtig seyn.

§. 7.

Quoniam igitur conditio resolutiva appellatur, qua existente conventione pro non celebrata habetur (i); evidens est, conditionem Pacto renunciativo adjectam ut in reservativum abeat, resolutivam esse.

Scholion. Eodem modo hic sese res habet, quo in emtione venditione sub lege commissoria contracta. Quemadmodum enim si pretium intra certum tempus non solvit, res pro inemta habenda; adeoque Lex commissoria conditio resolutiva est; ita similiter conditione existente pactum renunciativum pro non inito habendum, & ob id conditio resolutiva est.

§. 8.

Cum itaque conditio resolutiva obligationem ex conventione non suspendat, sed tantum ejusdem resolutionem (k); Pactum vero purum dicendum, si obligatio ex eodem non suspenditur (l); consequens est, ut non obstante conditio-

tione

(i) Vid. Hopp. in Comm. ad Inst. p. 676.

(k) Hopp. c. l.

(l) Struv. in Jurispr. Rom. Germ. For. I. 3. T. 3. §. 29.

tione adjecta, Pactum renunciativum purum sit.

Scholion. En fontem erroris, quo lapsus est HU-
MANNUS Ictus (m). Pactum reservativum elusorium ratus,
quasi existentibus masculis penderet, istis vero deficientibus
prorsus exspiraret. Sed falsum istiusmodi Pactum renunciativum
existentibus masculis pendere. Conditio enim quæ ad-
jicitur, Pactum renunciativum non reddit conditionale, sed
tantum ejus resolutionem. Confudit conditionem suspen-
sivam cum resolutiva, cum tamen differentia admodum con-
spicua sit ex Pacto addictionis in diem, quod vel sub condi-
tione resolutiva vel suspensiva adjicitur. Quemadmodum ita-
que in casu priori emtio statim effectum habet, adeo ut jus in
re tradita ad emtorem transeat, sed conditione existente re-
solvitur (n); quam ob causam etiam pura prædicanda (o); ita
quoque Pactum renunciativum statim effectum habet, adeo
ut filia a successione excludatur, sed existente conditione re-
solvitur.

§. 9.

*Si Pactum reservativum initum, Masculi pendente
conditione sunt veri portionis renunciatae heredes (p).* Est
namque non obstante conditione Pactum renunciativum pu-
rum (§. 8.); adeoque filia statim a successione excluditur
(§. 24. Tr. 1.); consequenter masculi jure succedendi gau-
dient, et si non diutius, quam pendente conditione (§. 1.).

Ergo

(m) In Consilio singulari in causa renunciat Success. quod extat apud Besoldum P. I. Conf. 14. (n) Conferantur Viri Celeber-
tini Boehmerus in Jure Digest. l. 18. t. 2. §. 2. Heinecius in
Pandeit. P. III. §. 269. (o) Hopp. c. l. (p) Tubingenses
Part. s. Conf. 221. n. 27. Kellenbenz, Quest. 18. §. 9. conf.
Ertel Obs. Equestr. P. II. p. 85.

Ergo dubium nullum, quin pendente conditione veri heredes sint.

Scholion. Hisce rite pensitatis protinus eorum concidit opinio, qui filias reservatrices heredes manere falso sibi persuadent, & quidem contra clara instrumentorum verba, veluti documenti renunciationis apud ERTELIMUM, Observantia Suevica & Franconica conformis: Verzeihe und begiebe mich gegen meinen geliebten Herrn Vatter und beeden meinen geliebten Herrn Brüdern alles und jegliches meines Vätterlichen oder auch künftig ergebenden Brüderlichen Erbsalls und Gerechtigkeit/ wie es jeho Nahmen hätte oder künftighin bekommen möchte / nichts aufgenommen oder vorbehalten/ in alleweg aber aller Anforderung Action und Gerechtigkeit/ derselben erblichen und unwiederruflich/ vollkommenlich gänzlich und gar. Sed hic notes velim, jus hereditarium tantum intra tempus pendentis conditionis irrevocabiliter translatum dici: id quod collectu facile ex verbis sequentibus: Jedoch mit diesem aufgedruckten Reservar und Vorbehalt/daz wosfern meine geliebte Herrn Brüder oder deren Männliche Descendenten ohne Männliche Leibes-Erben abstürben / dieser verzicht mir an meiner Erbs-Gerechtigkeit keinen Schaden noch Nachtheil gebähren; sondern ich nach Ausweiz der Rechten in allweg admittir und zugelassen werden solle.

S. 10.

Filia existente conditione ad illam ipsam portionem admitti debet, quam nullo pacto renunciatio unquam initio, habitura fuisset (q). Etenim existente conditione Pacti reservativi

(q) Tubingenses ap. Besoldum Cont. 171. n. 79. Mynsinger Resp. 97. n. 10. seqq. Dnn. Antecessores V. l. Conf. 21. n. 20. Klock. V. 3. Conf. 106. n. 24. seq. vid. Knipschilt de Fideicomiss.

vativi Filia Pactum renunciativum nunquam iniisse censetur (§. 6.). Quare cum existente conditione sola admissionis filia ad quandam portionem hereditariam, ratio sit Pactum renunciativum tanquam impedimentum expirante obligatione sublatum (§. 4.); sequitur ut ad illam ipsam portionem admitti debeat, quam habitura fuisse Pacto renunciativo nunquam inito.

Scholion. Huic refragatur Anton. FABER (r) statuens, filiam renunciantem in perpetuum a portione renunciata excludi, si vel semel masculus hereditatem paternam acquisiverit, non quidem vi pacti, sed potius aditæ semel hereditatis, ne quis heres existet ex die vel ad diem (s), vel desineret esse heres, qui semel extitit (t). Enim vero sit ita, ut contra hæc Jura masculi heredes esse desinant, ex adverso filia ejusve successores incipiunt. Cum masculi contra Jus Romanum heredes fiant (§. 6. Tr. 1.); nil obstat, quominus etiam contra idem heredes esse desinant, & filia ejusve successores incipiunt. Ceterum nec ratio Juris Romani hoc in casu locum invenit. Hac enim vulgo redditur, quod hereditas sit nomen juris, restitutio vero facti, ideoque non perimat ea, quæ sunt juris. At hereditas masculorum non est nomen juris i. e. non jure sed ex pacto ipsis competit. Deinde dies ex quo filia heres sit, incertus est quoad an & quando: istiusmodi autem dies ipso Jure Romano pro conditione sunt. Sub conditione vero quis heres fieri potest: per jura notoria. Ac licet HUS-
MAN-

Famil. c. 12. n. 291. Giphan, de Renunc. in Consil, ibid. annex. 1. f. 101. & Consil. 10. f. 286. in fin.

(r) De Error. Pragm. Dec. 27. Error. 1. n. 38. & Decad, 30. error. 1. n. 10. (s) Contra l. 34. ff. de hered. instit. (t) Contra l. 88. cod.

MANNUS (*u*) velit, fœminam semel exclusam semper manere exclusam; cum tamen illa regula rite nempe determinata intelligendo exclusionem simpliciter factam, hac nitatur ratio ne, quod jus semel extinctum nunquam reviviscere possit, jus vero filiæ reservatricis extinctum dici nequeat, quoniam semper habet spem successionis in portione renunciata, si forte stemma masculinum extinctum fuerit; eandem regulam peraram huc trahi, in aprico positum est.

S. 11.

Pactum Hereditatis renunciatæ reservativum non tribuit reservatrici jus ad integrum fratri hereditatem, sed tantum ad partem renunciatam (*vv*). Etenim vi Pacti reservativi sibi tantum conservat jus in portione renunciata (*§. 1.*), & conditione existente ad illam ipsam portionem admittenda venit (*§. 10.*). Quoniam igitur fraternalia hereditati præter bona renunciata plura alia inesse possunt, veluti portio quam ipse frater ex hereditate paterna accepit, & bona aliunde acquisita; ideo Pactum reservativum non tribuit reservatrici jus ad integrum fratri hereditatem, sed tantum ad partem renunciatam.

Scholion. Nec me movet, si dixeris bona renunciata per hereditatis aditionem facta fuisse fraternalia. Quænam enim consequentia: bona renunciata ad bona fratri vita defuncti per hereditatis aditionem pervenerunt; Ergo propria fratris facta sunt? veniunt ad fratrem salvo jure sororis, quippe quod constanter illa afficit vi reservationis. Manent itaque potius paterna,

B

§. 12. *Fi-*

(*u*) c. 1. (*vv*) Knipschilt de Nobilit. c. l. n. 284. Hertius Resp. 40. n. 1. 2. R. 381. n. 13. Hondeda V. 1. Conf. 29. n. 4. Klock. V. 3. Conf. 106. n. 18.

§. 12.

Filia reservatrix existente conditione portionem renunciatam ex eo fundamento persequi nequit, quasi defuncto fratri esset successura (x). Etenim cum existente conditione filia vi Pacti referativi ad portionem renunciatam revertendi facultate polleat (§. 1.); jure suo non jure fratri ad eandem revertitur; consequenter nec ex eo fundamento eandem persequi potest, quasi defuncto fratri esset successura.

§. 13.

Quoniam ex bonis a fratre relictis portio quædam reservatrici debetur (§. 11.), ipsa vero eandem non persequitur quasi defuncto fratri esset successura (§. 12.); ideo opus non est, ut filiae reservatrici fratri successio deferatur (y).

Scholion: Huic scopolu illis B. GUNDLINGIUS existimans, verborum bis auf einen freyen ledigen Unfalls vix fidiculis elici posse hunc sensum: donec masculi super sint ex fratre: cum hereditatis delatio requiratur quam nulla impeditat persona defuncto proximior, sed filia sit sane sorori omni jure præferenda ac multo magis remotioribus. Etenim non requiritur hereditatis fraternæ delatio, per modo demonstrata, nec queritur de successione ultimi defuncti, a qua utique vi juris communis per Nov. 118. 1. arcetur, sed de successione in bonis renunciatis, quæ a fraternis sane longe diversa (§. 11. Schol.); adeoque nec inde valet illatio, filiam sorori in hisce præferendam esse.

§. 14.

Existente conditione Pacti reservativi Filia ad omnia illa bona admitti debet, in quæ succedere potest. Etenim existente conditione Filia ad portionem renunciatam rursus admitti

(x) Befold Conf. 171. n. 79. scqq. Errel T. II. Obs. p. 96.

(y) Kellenbenz Q. 20. n. 17. conf. Gundl. Diss. de Ren. fil. illustr.

mitti debet (§. 1.) Quare cum in portione renunciata omnia illa bona contineantur, in quæ filia succedere potest (§. 29. Tr. 1.); patet eandem existente conditione ad eadem quoque admitti debere.

§. 15.

Unde cum de jure non appareat, cur filiae debeant esse exclusæ a bonis allodialibus immediatis superioritatem territorialem annexam habentibus; *ad eadem existente conditione utique admittenda* (§. 14.) (z).

Scholion. Nec est quod existimes, vi qualitatis horum obnorum filias reservatrices ad eadem admitti non posse. Luculentissimum in contrarium apud TOELNERUM (a) prostat exemplum, quo PHILIPPUS Archiepiscopus Colonensis foemina IRMENGARDI filiæque ejus sub nexu fiduciario STALEKE & advocationem BACHERACH, concessit. Constat vero officium advocati non nudam protectionem, sed etiam omnimodam jurisdictionem civilem ac criminalem sub se comprehendisse (b). Et quem fugit, illam bonorum qualitatem non impedire, quo minus foemina ad ipsa Feuda Imperii admitti queant? Exempli loco sunt Ducatus Brabantæ, cui hac in parte a PHILIPPO Imperatore consultum (c), & Ducatus Brunsvicensis ac Luneburgensis vi oblationis OTTONIS de Lunebourg sub modo præscripto ab Imperatore FRIDERICO II. acceptatae (d). Cæterum horum feudorum & principatuum catalogum

B 2

quen-

p. 41. (z) Coccejus T. 1. Consil. X. III, n. 193.

(a) In Codice Diplomatico Palatino n. 66. p. 58. seq.

(b) Vid. Tcelnerus in Historia Palatina c. 1. p. 31. Fleischerus in Inst. Jur. Feud. p. 197. §. 66. (c) Vid. Conring in Annos. ad Lampad. p. 3. c. 5. c. 27. p. 701. (d) vid. Friderici II. Beslehnung Herzogs Otten cum observationibus in Feller

quendam reperies apud ITTERUM (e).

§. 16.

Vi Pacti reservativi filiae ad Fideicommissa familie & feuda propria reverti nequeunt (f). Etenim vi pacti reservativi filiae ad portionem renunciatam tantum revertuntur (§. 1.). illa vero non complectitur Fideicommissa familie, & feuda propria (§. 33. Tr. 1.). Ergo etiam ad eadem vi Pacti reservativi reverti nequit.

Scholion. Et pone existente conditione Pacti reservativi extinctis nempe masculis (§. 5.), fideicommissa familie, vel generaliter bona, in quæ extantibus saltem masculis filiae succedere non possunt, quo feuda foeminea pertinent, vel feuda propria adesse; Filiae tamen vi Pacti reservativi ad eadem non est regressus, sed ipso jure in illis succedent perinde ac si Pactum reservativum non iniissent (g); hæc vero ad Dominum revertuntur, etiamsi filiae masculos haberent, quoniam hi jus in prima investitura radicatum, ut ajunt, non habent (h).

§. 17.

Si Filia Pactum reservativum init, Pater eandem in Testamento præterire nequit (i). Filia namque vi Pacti reservativi ad illam ipsam portionem existente conditione admittenda quam habitura fuisset, si nunquam renunciasset (§. 10.). Si vero

Braunschweig. Lüneburg. Genealogische Historie p. 4 17. conf. Braunschweig. Histor. Händel. p. 1. c. 2. p. 29. (e) De Feud. Imperii c. 14. p. 722. (f) Coccejus T. II. Disp. 56. §. 56. (g) conf. Peregr. de Fideicommiss. art. 27. n. 20. Stryck. in Tr. success. ab Intest. D. VII. c. II. §. 14. 1. F. 8. §. 2. & 2. F. 30. (h) Per-Illustr. Dn. de Ludolph Obs. 109. p. 300. seq. (i) Kellenbenz Q. 24. n. 7.

vero nunquam renunciaisset legitimam salva habitura fuisset, *per vulgata*. Ergo eadem quoque reservatrici salva manere debet; consequenter illi a Patre adimi nequit. Quare cum id fieret, si in Testamento eandem præterire posset; Pater filiam reservatricem in Testamento præterire nequit.

§. 18.

Unde consequens est, *ijliusmodi filiam præteritam Testamentum paternum impugnare posse* (k).

Scholion. Evidem filia simpliciter renuncians præterita, Testamentum paternum impugnare nequit (§. 46. Tr. 1). Enim vero illius nec est legitima (§. 35. ibid.); atque adeo ratio anterior cessat. Querelam movens semper exceptione renunciationis repellitur, quæ vero in casu præsenti per reservationem eliditur, consequenter querelæ impedimento non est. Casus itaque cum sint diversi, mirum non est, quod jura in iisdem obtineant contraria.

§. 19.

Si conditio Pacti reservativi existit, & Parentes intestati deceperunt, Filiae restituuntur in portionem hereditarianam, quam tum pro numero liberorum habituræ fuissent, si non renunciassent: Si vero testati deceperunt minimum in legitimam (l). Si enim filiae non renunciassent; parentibus intestatis decadentibus portionem pro numero liberorum accepissent *per vulgata*. Quare cum existente conditione Pacti reservativi filiae ad illam ipsam portionem admitti debeant, quam habituræ fuissent, si non renunciassent (§. 10.); & parentes filiam reservatricem in Testamento præterire nequeant (§. 17.); existente conditione

B 3

Pacti

(k) Kellenbenz. cit. Quæst.

(l) Coccejus in Disput. c. l. §. 57.

Pacti reservativi filia, si parentes ipsarum in testati deceperunt, in portionem hereditariam restituuntur, quam pro numero liberorum habituæ fuisse, si nuquam renunciasset, si vero testati deceperunt, minimum in legitimam

§. 20.

Quoniam itaque filiae reservatrices, parentibus testatis mortuis existente conditione in legitimam restituuntur (§. 19); si contingit eas institutas fuisse in portione legitima minore, non modo ad eam portionem in qua institutæ sunt, sed ad supplementum quoque legitimæ admittendæ sunt (m).

§. 21.

Quodsi ergo Filia reservatrix in dote instituta, fuerit que dos legitima minor; ad supplementum legitimæ existente conditione admittenda (§. 20). (n).

Scholion. Non obstat quod objicit HUSMANNUS (o) dotem legitimæ æquipollere, ob eamque non minus filiam à successione paterna excludi acsi legitimam accepisset. Non enim dos filia loco legitimæ datur, sed saltem ut Pacti Hereditarii renunciativi æquitas inde evidentior reddatur (Schol. §. 70. Tr. 1.). Jam vero existente conditione filia pactum renunciativum non iniisse censetur (§. 6.), & quamvis per hoc a legitima fuerit exclusa (§. 35. Tr. 1.) nihilominus in eandem restituitur (§. 19). Cur igitur non æque ad supplementum legitimæ agere posset, si dotis ratione habita eidem aliquid deest?

§. 22.

(m) Coccejus ibid.

(n) Kellenbenz Q. 25. n. 7.

(o) c. Consilio.

§. 22.

Præscriptio conditionis ex l. omnimodo C. de in off. Test. non a tempore existentis conditionis sed aditæ hereditatis currit (p). Etenim condicione ista filia supplementum legitimæ sibi competens exigit. Quare cum vi Pacti reservativi masculis illud cedat, existente condicione repetitura (§. 1.); ut ante existentiam conditionis dictam condicione instituerit, necesse est. Enim vero jam a tempore aditæ hereditatis supplementum legitimæ exigere, adeoque dictam conditionem instituere potuit. Vnde si intra 30. annorum spatium eadem non fuerit usæ; quemadmodum omnis actio personalis (q), extinguitur: propterea quod non agens juri suo renunciæ censeatur. Evidens itaque est dictæ conditionis præscriptionem non a tempore existentis conditionis, sed aditæ hereditatis currere.

Scholion. Frustra est, qui obvertit frustraneam esse actionem ab adita hereditate instituendam, quasi sufficeret, ut filia demum existente condicione agat: cum antea nihil consequi possit. Contrarium namque ex ipsa demonstratione clucet. Agit nimirum reservatrix, ut masculis quid cessum sibique sperandum, nec illud neglexisse censeatur, dum se laſam existimans tanto temporis spatio tacuerit.

§. 23.

Si filia Pactum reservativum iniit, sed ante conditionis existentiam decepit, heredes ipsius existente condicione eandem portionem petere possunt, quam ipsam et renunciatione nunquam facta habitura fuisset (r). Quoniam enim filia reservatrix ex

pacto

(p) Kellenbenz Q. 25. n. 9. (q) I. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.

(r) Dn. de Ludolph. T. I. Obi. For. O. 32. & 28. in formul. Coccejus in Deduct. T. I. p. 768. n. 205. Dnn. Antecessores V. 1. C. XX. n. 40.

53. seqq. Ingolstadienes ap. Giphan, p. 84. Mynsinger Resp. Dec. X. R. 97. n. 18.

pacto jus quæsumus habet; portionem quam nulla renunciatione unquam facta habitura fuisset repetendi (§. 10), illud autem si ante conditionis existentiam decedit ad ipsius heredes transit; ideo patet heredes ipsius existente conditione eandem portionem petere posse, quam ipsamet renunciatione non quam facta, habitura fuisset.

Scholion. Id quod præsens propositio enunciat, nonnunquam formulis insertum legitur, qualem exhibet Per-Illustris Dn. de LUDOLPH: Wenn über kurz oder lang sich ein lediger Unfall begeben sollte / soll was ich anjezo mein mein Herrn Bruder und dessen Männlichen Ehelichen Posterität zu gutem und zu besserer conservir und Erhaltung dieser Familie/ wie nicht weniger beständiger Handhabung derselben Herrschaft und Güter aus Händen gelassen/mir und meinen Erben auch Erbens/ Erben von Rechts wegen wieder zukommen/ und ohne Männliches Hinderniß gebühren. Et sane in specie hic tantum obtinet, quod alias in genere expediti juris, spem obligationis, quam conditio fundat, utrinque ad heredes transire, quemadmodum idem quoque de emtione venditione sub lege commissoria contracta, cuivis notum: siquidem venditore pendente conditione resolutiva mortuo, eadem existente heres sive adversus emtorem sive tertium rei ita venditæ possessorem agere potest.

§. 24.

Filiæ reservatricis heredes conditione existente in portione renunciata excludunt filias ultimi masculi (s). Etenim portio here-

(s) Dunn. Antecessores Conf. 20. & 21. 27. per tot. Tübinger ap. Bebold Conf. 171. per tot. & Conf. 221. n. 40. ap. Harpprecht Tr. Acad. de Success. P. II. p. 208. n. 207. Kellenbenz Quæst. 19. per tot. Dn. de Ludolph. Tr. de J. F. I. p. 146. §. 37.

hereditaria quæ filia debebatur, manet adhuc portio hereditatis paternæ, in qua filia aliquod jus habet, etiam ubi ad fratrem devoluta (§. 11.). Quoniam vero cum ultimo masculo omne jus, ex pacto Stemmati masculino quæsitus extinguitur (§. 5.); consequenter nullum ad ejus filias transmitti potest, heredes vero filia renunciantis idem jus habent, quod ipsi competebat (§. 23.); igitur his quoque non filiabus ultimi masculi debetur illa hereditatis paternæ portio ubi idem moritur; atque adeo heredes filia reservatricis in portione renunciata excludunt ultimi masculi filias.

Scholion. Atque hanc in partem novi pronunciatum fuisse in Augustissimo Judicio Imperiali Aulico in causa Frau Rosinen Susannen geböhrnen von Wollmershausen hinterlassenen Erben contra Herr Christoph Albrecht von Wollmershausen hinterlassene drey Töchter. Consentunt itaque ratio autoritas Doctorum & Praxis. Cæterum male subducunt rationes Viri celeberrimi GUNDLINGIUS (*t*) & FLEISCHERUS (*u*) quando objiciunt, credendum non esse, filios renunciationem acceptantes persona diversæ stirpis prospicere, ultimi autem possessoris filias ac descendentes suas in paupertate relinquere voluisse. Etenim eadem facilitate rejicitur objectio, qua profertur. Regero nimurum & quis crederet filiam renunciantem diversæ stirpis filiabus prospicere, suos vero descendentes in paupertate relinquere voluisse, & quod magis cessante agnationis favore, renunciationis causa finali? Sed ut appareat, quam absolum sit filias ultimi masculi præponi renunciantis descendantibus, a gedum rem penitus inspicimus. Totum quod hic objici-

C

tur

(*t*) In Diff. de renunciat. hered. fil. Illustr. c. IV. §. 3.

(*u*) In Instit. Jur. Feud. c. 14. §. 19.

tur ad interpretationem Pacti reddit, quasi illud ex mente filiorum acceptantium interpretandum esset. At enim vero id recepta pacta interpretandi regulæ contrariatur, vi cuius mens promittentis attendi debet, nec sine ratione: cum alias promittens contra suam voluntatem ad quid ex pacto obligari posset, quod implicare mihi videtur. Immo in infinitum promittens obligari posset: acceptans enim infinita jura mente complecti posset, cum tamen ipse plura acquirere nequeat, quam voluit promittens. Eandem regulam applicatam deprehendimus in stipulationibus, in quibus communi Dd. consensu non stipulantis sed promittentis verbainspicienda. Id quod etiam agnoscit GROTIUS (*vv*) defendens, verba ejus qui conditionem oblatam accipit formam negotio dare si absoluta & in se perfecta sint h. e. si non referantur ad verba conditionem offerentis, addita ratione eadem, quam modo explicatiorem dedi: cum conditionem accipiens sit qui promittit. Jam vero fratres renunciationem depositentes conditionem offerre, filia autem renunciantes eandem accipere censentur, & formulae in istiusmodi renunciationibus usitatæ loquuntur, quod verba renunciantium absoluta sint & in se perfecta, ut non opus sit eadem ex verbis fratrum renunciationem depositentium suppleri. Quin cum fratres mallent renunciationem absolute fieri, soror autem non nisi sub conditione renunciet, fieri non potest, quam ut formula renunciationis verbis absolutis & in se perfectis comprehendantur. Et si aquamentis lance rem pensites casus præsens proslus affinis est ei, qui in stipulationum doctrina occurrit (*x*), ubi eo qui interrogata-

(*vv*) De J. B. & P. I. 2. c. 16. §. 32.

(*x*) *Inst. de Inutil. stipulat.*

rogatus fuerat minus respondente, obligatio valere dicitur in quantum quæsitus idem respondit. Etenim fratres simpliciter interrogant sororem, num renunciare velit in favorem stemmatis masculini: ipsa vero dum respondet velle sese renunciare, sed non nisi sub hac conditione, ut sibi salvus deficiente stemente masculino ad bona renunciata sit regressus, minus utique respondet, quam interrogata fuerat. Non igitur obligatur a bonis renunciatis abstinere nisi quamdiu masculi supersunt. Hisce non obest, quod regerit, Illustr. DN. BOEHMERUS (*y*) fratres renunciationem sororis depositentes eo ipso non agnoscisse, sorori jus aliquod una succedendi competere. Demus enim fratribus hanc animo sedisse opinionem, quod jus nullum succedendi sorori competit. Quoniam tamen Pactum reservativum cum ea inierunt, propterea quod ipsa jactavit, tale jus sibi competere, metuendumque erat, ne controversia in forum delata in favorem ipsarum decideretur, quemadmodum a me evictum (*§. 13. Tr. 1.*); hoc ipsum Pactum naturam transactionis induit, pro cuius firmitate in dubio judicandum esse, ut & sustineatur omnem interpretationem fieri debere, ipse Vir Consultissimus (*z*) haud diffitetur. Cæterum proba notanda est determinatio in propositione: quod exclusio tantum quoad portionem renunciatam procedat: ne quis existimat, eandem totalem esse: nam non ad integrum ultimi masculi hereditatem reservatricis heredibus jus competit (*§. 11.*); consequenter quoad illam partem quæ masculo de hereditate debetur, utique filiæ ipsius reservatricis heredes excludunt.

C 2

§. 25. Si

(*y*) Consult. T. I.P. II, R. 86. n. 36, scqq.

(*z*) Ibid. R. 36. 42.

§. 25.

Si filia renuncians bis auf einen ledigen Anfall generali vocabulo ufa, solang Erben / Leibes Erben / Kinder oder ehliche Erben vorhanden seyn werden/ sub dictis nominibus soli masculi successores intelligendi (a). Quoniam enim filia renunciat bis auf einen ledigen Anfall; evidens est, quod per suam renunciationem familiam paternam conservare intenderit. (§. 5.) Huic itaque fini convenienter voces, quibus in renunciatione ufa fuit, sunt intelligenda; consequenter per voces Erben / ehliche Leibes / Erben / illos successores fratum intellexit, per quos conservatio familie paterna, quam sua renunciatione intendit, obtineri potest. Enim vero per solos masculos successores conservatio familie paterna obtineri potest. Cum adeo sensus renunciatricis manifestissimus sit; verborum vero interpretatio nusquam tantum valeat, ut melior sensu existat, ut ipse Imperator agnovit (b); inde confit in renunciationibus bis auf einen ledigen Anfall sub dictis nominibus solos masculos successores intelligendos esse.

Scholion. Nec inusitatus est hic interpretandi mos: constat enim in Jure Feudali & in literis investiturae per vocem latinam heredis, germanicam Erbe / Erbnehmen tantum sexus masculini successores intelligi intentioni feuda constitutuum convenienter (c). Cur ergo non etiam illa vocabula in renunciationibus occurrentia intentioni renunciantium convenienter hoc sensu accipi possent? Imprimis cum DIETHE-
RUS

(a) Tubingenses ap. Harppr. Tr. de Succ. Conf. III. p. 176.

(b) 1.3. C. de lib. præt. (c) Struv, in Syntagm. J. F. c. 4. aph. 12. n. 6.
Per-Illustr. Dn. de Wernher T. I. Obs. For. O. 490. n. 4. P. 957.

RUS (d) & KLOCKIUS (e) generaliter annotaverint, vocem Leibes Erben pro subjecta materia denotare solos masculos oder männliche Erben. Et hinc JOHANNES STUCKIUS (f) adpositae in rem nostram pronunciat, talia generalia vocabula ob ipsam mentem renunciantium, ut scilicet servari possit, improprianda esse: nisi enim verba acciperentur per Syneccoden generis prospicie, manifesta foret in verbis renunciantis contradicatio.

§. 26.

Cum itaque ex adverso, si in favorem descendantium renunciationem acceptantis sine sexus eorundem discriminine, pa-
gum reservativum initum (§. 5. Schol.), reservatricis intentio-
ni congruentissimum sit sub vocibus istis utriusque sexus de-
scendentes intelligi; non est cur impro prientur. Unde porro
consequitur, ut eo in casu ♂ & feminas ♂ ex iis descendentes
extinctos esse oporteat, si reservatrix velejus heredes ad por-
tionem renunciatam reverti debeant (§. 10. 23.) (g).

§. 27.

*Si filia in favorem fratrum renunciavit bis auf eis
nen ledigen Anfall / uno alterove saltet fratrum eorumque
posterioris defunctis, filia ad portionis renunciatae ratam quæ ipse
competuit, non statim admittitur, sed reliquis masculis superibi-
zibus eadem acquiritur (h). Quoniam enim filia bis auf eis
nen ledigen Anfall adeoque agnationis & familiæ conservan-*

C 3 dæ

(d) In Addit. ad Befold. Th. Pr. Leibes Lehnbahre Erben. (e) T. I. Conf. 7. n. 925. & seqq. (f) Consil. P. I. 12. n. 44. & 87.

(g) Dinn. Antecess. V. 1. conf. 27. n. 199. seqq. Heefer de Acquestu Con-
jug. part. 2. l. 20. n. 164. n. 176. seqq. (h) Kellenbenz Quest.
21. per tot. Knipschilc c. l. n. 299. seq.

dæ gratia renunciavit; conditio sub qua Pactum reservativum initum non existit, donec agnatio penitus extincta fuerit. Quare cum adhuc supersint masculi adeoque agnatio nondum penitus extincta sit, regressus quoque quem sibi reservavit nondum patet (§. 10); adeoque nec ad ratam portionis renunciatæ quæ fratri competiūt, admitti potest, sed eadem reliquis masculis ad familiam conservandam acquiritur.

§. 28.

*Si reservatrix ejusve heredes existente conditione portionem renunciatam petunt, ipsis non obstat exceptio præscriptio-
nis (i). Etenim ante conditionis existentiam, nec filia nec
ejus heredes portionem renunciatam petere sive ad eandem ob-
tinendam agere poterant, utpote quibus obstabat exceptio
Pacti renunciati, per quod a successione excludebantur (§.
24. Tr. 1).* Quare cum agere non valenti nulla currat præ-
scriptio per vulgata, nec filia nec ejus heredibus in casu præ-
senti exceptio præscriptionis obstabit, etiamsi per integrum se-
culum in masculorum manibus portionem renunciatam exti-
tisse ponas.

§. 29.

*Existente conditione Filiae reservatrici ejusque successorib-
us adversus ultimi masculi heredes actio familie herciscundæ
utilis competit (k). Etenim existente conditione Pacti reservati-
vi filia ejusque successores actu heredes sunt illius cuius he-
reditati renunciant (§. 9.), si d in illa portione tantum quam
filia habitura fuisset, si nunquam renunciasset (§. 10); Hæc
portio*

(i) Dnn. Antecessores IV. Conf. §4. n. 175. seqq. Ingolstadienses ap.
Giphan. in Tr. Schilt. p. 88.

(k) Harpprecht Vol. Nov. P. II. p. 1168. n. 703. seqq.

portio igitur a cæteris bonis relictis separari debet. *Enimvero* cum patre, cuius hereditati filia renunciavit, mortuo divisio non facta, siveque determinatum non fuerit, quanta sit illa portio qua illi debebatur; divisio ista nunc demum fieri debet. Perinde igitur est, acsi heredes ultimi masculi cum heredibus filiæ renunciatrixis una succederent ei, cuius hereditati fuit renunciatum. Quare cum tanquam coheredes spectentur; & utilis actio familiæ herciscundæ detur inter eos, qui certo modo inter se coheredes sunt (*l*); heredibus quoque renunciatrixis aduersus heredes ultimi masculi eadem detur necesse est.

§. 30.

Masculis in quorum gratiam paœnum reservativum initum in portione renunciata competit dominium revocabile (m). Sunt enim pendente conditione veri heredes (*§. 9.*). Cum itaque jus hereditarium in Dominio constat (*n*); evidens est Dominium ipsis competere. Quoniam vero jus hereditarium masculorum existente conditione ad filias reservatrices redit (*§. 10.*), quæ novo propterea vocabulo vocantur *Regredient-Erben*; inde confit in portione renunciata Dominium tantum revocabile masculis competere.

Scholion. Atque ita pronunciatum in augustissimo Imperiali Camera judicio referente Per-Illustri Dn. de LUDOLPH (*o*). Ex formulis quoque ad oculum patet hæc Dominii revocabilis translatio:qualem exhibet idem Vir Per-Illustris (*p*): zu welchem Ende

(*l*) Ill. Dn. Bchmerus in Tr. de Act. S. II. c. III. §. 58. (*m*) Kellenbenz Q. 23. n. 5. add. qu. 18. Frommann §. 56. Tubingenes ap. Harpprecht. Tr. VII. R. 8. n. 95. Harpprecht V.N.P. II. p. 1773. n. 75. Bchmer Conf. V. II. P. II. 897. n. 9. (*n*) Struv in J.R.G. F. I. 2. T. I. §. 16. (*o*) Observat. For. T. I. P. 90. (*p*) ibid. p. 84.

Ende ich mir und meinen Erben das erbschaffliche Dominium und zuständiges Recht auf das zierlich- und beständigste / als es seyn kan expresse vorbehalte / dergestalt das ich mich besagten Dominii und Erbschafts Rechts / so ich wegen des alsbereit mir angefallenen Vätterlichen denen gemeinen Rechten nach dermahlen schon habhaft worden bin / oder da es ohne diese Verzicht wäre / noch habhaft werden könnte / nur allein wiederrufflich begebe. Pone casum in calce delineatum , quem mecum benevole communicavit Doctissimus Consiliarius Esslingenensis Dn. D. Johannes FRICK , Vir in rebus equestribus versatissimus. Ibi ¹⁵ efficiunt portiones renunciatas ; adeoque in iisdem dominium saltem revocabile Sejo competit : contra vero cum ¹⁶ portio sit quæ ad ipsum jure hereditario non ex pacto devoluta ; in eadem dominium irrevocabile ipsi competit necesse est. Memineris fini per renunciationem obtainendo multo convenientius esse hoc dominium quam usumfructum. Eo melius enim bona renunciata conservationi & splendori familiæ inservire possunt , quo liberior de ipsis disponendi competit potestas. Dominium vero etsi revocabile quandam involvit de ipsa bonorum substantia disponendi facultatem , veluti fundum immutandi , qualis usufructuario non competit.

§. 31.

Nulli fructus ex hereditate renunciata a masculis percepti filiæ reservatrici vel ejus heredibus restituendi sunt (q). Masculis enim in quorum gratiam filia renunciavit competit dominium (§. 30). Vnde cum illud involvat jus utendi fruendi re nostra pervulgata ; fructus ipsorum sunt non filiæ. Quare

(q) Illustr. Dn. Boehmerus Conf. vol. II, P. II. 897. Quæst. II.

ipsorum facti, ut impendantur ad conservandam familiam in splendore (§. 28. Schol. Tr. 1); nunquam reservatici restituendi sunt.

Scholion. Evidem, quoniam conditio resolutiva est, fructus restituendi videntur, perinde ac resoluta emtione meliori conditione oblata fructus venditori restituuntur (r). Dubium hoc admodum ussit b. GUNDLINGIUM (s). Enimvero resoluta emtione fructus restituendi sunt, quoniam sine iusta causa esse incipiunt penes emtorem, dum penes ipsum fuerunt ex emtione, quæ tamen existente conditione ab initio nulla censenda. At resoluto Pacto renunciativo non sine iusta causa fructus esse incipiunt penes masculos: incipiunt enim penes ipsos esse ex Pacto reservativo. Nimis vi pacti reservativi tantum ad hereditatem renunciatam reverti vult, quoniam non amplius utilis esse potest ad conservationem stemmatis masculini. Quamdiu ergo ad eandem utilis esse potuit, tamdiu fructus inde percipiendos masculis cessit, consequenter fructus quos cessit repetere nequit. Dein Addictionis in diem ac Pacti reservativi longe diversa est ratio. Etenim si meliori conditione oblata fructus venditori non restituerentur, prior emtor cum ipsius damno locupletior redderetur, utpote qui præter expensas in rem necessarias, pretium solutum quoque cum usuris ducet (t), quale damnum tamen non incurrit reservatrix, quin potius metuendum esset masculis si ad restitutionem tencerentur. Præterea cum ipsum dominium in emtorem sub conditione resolutiva & in masculos ex diverso fine translatum fuerit, mirum non est, quod eam ob diversitatem diversum quid resultet existente conditione. Quoniam enim filia eum in finem masculis dominium cessit, ut eo melius conservatio-

D

ni

(r) Lauterbach, in Coll. Th. Pr. L. XVIII. T. II. §. II.

(s) c. I. p. 35. seqq. (t) Lauterbach, c. I. §. XII,

ni & splendori familiæ bona renunciata inservirent (Schol. §. 30); fructuum perceptionem ipsis donasse censenda: eo in casu vero fructus percepti veniunt in computationem donationis per *jura notoria* (u). Secus est in Addictione in diem.

§. 32.

A tempore existentis conditionis filiae fructus percepti & percipiendi debentur (vv). Quoniam existente conditione dominium a masculis ad filias revocatur (§. 30), evidens est illorum jus utendi fruendi portione renunciata exspirare. Cumque adeo a tempore existentis conditionis filiae jus illud competit, quod antea masculis competit; Ei quoque ab illo tempore fructus percepti & percipiendi debeantur necesse est.

§. 33.

Si conditio Pacti Hereditatis renunciatae reservativi exigit, successio in hereditate cui renunciatum fuit secundum Nov. 118. vel in capita vel in stirpes sit (x) Si enim conditio Pacti reservativi existit renunciatio prouinquam inita habetur (86.), & filia vel ejus heredes accipiunt illam portionem, quam ipsa met nulla renunciatione unquam facta habitura fuisset (§. 10, §. 23). Quare cum hoc casu heredes vel in capita vel in stirpes successissent (y); evidens est existente conditione Pacti reservativi successionem in hereditate cui renunciatum fuit quoque fieri vel in capita vel in stirpes.

Scholion. Inde in formula renunciationis filiarum Nobilium Franconia apud Per- Illustr. Dn. de LUDOLPH (z); was

(u) l. 9. §. 1. ff. de donat. (vv) Reusner l. 1. Consult. 12. n. ult. Gilmann, in Symphoi. supplicat. l. 2. part. 2. tit. 17. vol. 8. in pr.

(x) Dnn. Antecessores V. 1. Conf. 28. n. 304. seqq. & Conf. 21. n. 65.

(y) Struv. in J. R. G. F. I. II. T. 32. §. 1.

(z) De J. F. J. App. p. 169.

was mir dann nach Erbgangs-Recht gebühren wird/daran soll mir durch diesen Verzicht nichts benommen seyn. Pone casum in calce delineatum. Quoniam si Pacto renunciatio non inito, hereditas inter Maxium & Maxiam æquo jure divisa fuisset; igitur post mortem Seji existente conditione eadem divisio instituenda secundum 2 stirpes. Deinde porro sub divisio facienda, ut ad viventes transferantur partes quas schema indicat.

§. 34.

Si existente conditione ultimi masculi prædefunctorum sororum reservaticum liberi soli extant, Constitutioni Imperii de A. 1529. locus non est (a). Etenim in dicta constitutione a CAROLO V. sancitum, ut fratrum, sororumque filii si soli sint in capita non in stirpes succedant (b). Enim vero cum existente conditione heredes filiaæ reservaticis eandem portionem petere possint, quam mater nulla renunciatione unquam facta habitura fuisset (§. 23), si autem successio in capita fieret, continget ut minus consequentur; sequitur ut in stirpes succedant; adeoque dicta constitutioni locus esse nequeat.

Scholion. Pro ratione dictæ constitutionis venditatur quod hereditas inter eos qui pari gradu discrepant pariter æqualiterque distibribuenda sit: sed nec hæc existente conditione locum invenit. Quoniam enim existente conditione perinde est, ac si renunciatio nunquam facta fuisset (§. 6); igitur gradus liberorum sororum reservaticum non spectatur, sed ipsarum sororum; atque adeo cum sorores æquale jus habuerint; tres filiæ. gr.

D 2

unius

(a) Fromian d. l. p. 358.

(b) Stryck in Tr. de succ. ab Intest. Diss. III. c. 1. §. 8, 9.

unius sororis plus petere nequeunt, quam una alterius. Et hunc in modum a Dnn. Cameralibus referente Per Illustr. Dn. de LUDOLPH majori numero votorum decisio facta: Barbaræ alterius nempe sororis liberos in petitione regressus non plus juris habere, quam habuisset mater a principio.

S. 35.

Existente conditione proximitas succendentium non ab ultimo defunzo, sed ab eo cuius hereditati renunciatum computatur (d). Etenim existente conditione non succeditur ultimo masculo (§. 13), sed ei cuius hereditati renunciatum, perinde acsi nulla unquam renunciatio facta fuisset (§. 6). Quoniam itaque proximitas ab eo computanda est, cui succeditur, cum exinde determinetur num ipsi hic potius quam aliis succedat; evidens est quod existente conditione non ab ultimo masculo, sed eo cuius hereditati renunciatum proximitas computari debeat.

S. 36.

Filia existente conditione non accipit portionem, nisi bonorum, quæ deducto ære alieno supersunt (e). Quoniam enim Filia existente conditione non nisi illam portionem accipit, quam Pacto renunciativo nunquam inita habitura fuisset (§. 10.); dum vero bona non intelliguntur nisi quæ deducto ære alieno supersunt pervulgata; non nisi portionem bonorum, quæ deducto ære alieno supersunt habitura fuisset; igitur nec existente conditione accipit portionem nisi bonorum, quæ deducto ære alieno supersunt.

Scholion.

(c) T. 1. Obs. 32. p. 90. (d) Hertius T. 1. Resp. 514. Q. 5. Illustr. Dr. Baehmerus T. 1. Respons. P. II. Resp. 86. n. 32.

(e) Tubingenes ap. Befold. P. IV. Conf. 171. n. 212. seq. & ap. Schilt. T. II. p. 172. Gieffenses ap. Schilt. c. l. p. 206.

Scholion. Evidem Jetti celeberrimi GABR. SCHWE-DER, MICHAEL GRASS & F. C. HARPPRECHT (*f*) in contrariam abeunt sententiam, hoc nixi fundamento: quod masculi sint veri heredes & Domini (§. 9. §. 30). Enimve-ro inde tantum sequitur, quod \ae s alienum, quo portio renunciata gravatur, tanquam suum agnoscere; consequenter ex fructibus perceptis usuras quoque solvere teneantur: cum non plures fructus percipere possint, quam quos filia perceperisset, si ipsa hereditatem adiisset, filia vero non perceperisset, nisi fructus usuris deductis residuos. Minime autem hinc inferri potest, quod \ae s alienum ex propriis solvere & hoc pacto portionem sibi cessam augmentare teneantur. Quamobrem ubi solutio ex propriis facta, quoad sororem perinde est ac si ipsimet eidem pecuniam credidissent. Quos enim ex prædio ab axe alieno liberato ampliores percipiunt fructus, non alii sunt, quam quos ex sorte sua perceperissent, si pecuniam alii credidissent. Ex quo confit reservatricem existente conditio-ne illam pecuniam restituere teneri. Et cum reservatrix quando ad portionem renunciatam ipsi iterum regressus patet, portione \ae re alieno adhuc gravata, quo erat morte parentum, contenta esse deberet; nec alia ipsi restituenda venit, quam qualem fratribus cessit. Quo dicta facilius intelligantur exemplo ea illustrari, consultum duco. Sit prædium 5000. floren. quod filia fratribus cedit, sed gravatum 2000. floren. Tum dici nequit, quod cedat fratribus 5000. floren. cedit enim 4800. Ad portionem igitur, quam fratribus ceslerat, redi-tura quod suum est accipit, si 4800. ipsi restituuntur; con-seguenter si prædium accipit bis mille florenis gravatum. Ipsius vero

D 3

vero

(*f*) Apud Harpprecht, de Success. Tr. VII. Resp. 7. p. 360, seqq.

vero non interest, num æs alienum, quo prædium gravatur pertineat ad heredes fratrum, an ad alium quemcunque extraneum. Quod porro urgent, fratres interea fructus percipere (§. 31), quos gratis ipsis a filia concessos fuisse præsumi non possit, naturæ Pacti reservativi repugnat: utpote vi cuius fructus tanquam sibi proprios acquirunt in conservationem stemmatis sui, ut adeo perinde sit, sive ex propriis sive ex fructibus perceptis æs alienum solvant (conf. Schol. §. cit.). Omne jus hic nascitur ex Pacto, ex quo adeo definitum quid conveniat, nec ad rationes extrinsecas recurrentum ut æquitatis norma obtineatur: quodsi enim hoc admittere volueris, nulla amplius erit juris certitudo & nunquam terminandis disceptationibus involvuntur, quæ per naturam Pacti obvia patent.

§. 37.

Filia non tenetur de ære alieno fratrum, si portionem suam hereditariam repetit (g). Neque enim succedit fratribus, sed portionem ex hereditate Patris sibi debitam tantummodo repetit (§. 13). Quare cum heres tantummodo teneatur de ære alieno defuncti in cuius bona succedit, utpote defunctum quod jura & onera repræsentans; filia vel ejus heredes non tenentur de ære alieno fratrum.

§. 38.

Quodsi ergo alia debita contraxeritis, cuius bonis renunciatum, alia ultimus masculus; existente conditione debita illius separanda sunt a debitis hujus, & illa pro rata solvit filia, hæc vero heredes ultimi masculi soli solvere tenentur (h).

Scholion.

(g) Befold c. 1.

(h) Coccejus in cit. Dissert. §. 69.

Scholion. Pone Mevium, qui duos reliquit filios & filiam renunciatricem æ alienum habere 2000. aureorum, ultimum vero masculum extinctum præter debitum patris ipsum adhuc debere 4000. Cum hic filia accipiat tertiam hereditatis paternæ partem, ipsa quoque solvere tenetur tantummodo 666 $\frac{2}{3}$. aur. heredes vero ultimi masculi solvunt debita ipsius una cum residuo debitorum parentis 1333 $\frac{1}{3}$. aureorum. Quomodo existente conditione demum post mortem filiæ reservatricis æ alienum, quo hereditas renunciata gravabatur sit dividendum, ex schemate sub calcem adjecto clarissime quoque perspicitur: solvit enim unusquisque heredum æ alienum pro rata, tantam nempe ejus partem quanta pars hereditatis renunciatæ ad ipsum devolvitur.

§. 39.

Si conditio Paſti reservativi exiſtit, filia non accipit portionem hereditariam, niſi deductis conferendis (i). Quoniam enim existente conditione pactum renunciativum pro nunquam inito habendum (§. 6); Filia portionem suam a primo momento decessus parentum accipere videtur. Tum vero eandem acceptura non fuisset niſi deductis conferendis (k). Ergo nec existente conditione portionem hereditariam accipit, niſi deductis conferendis.

Scholion. Sic Filia admittere tenentur, ut in hereditatis divisione, quæ eo modo fuscipitur, acsi nulla unquam facta fuisset renunciatio, dos & alia impensa propter nuptias illarum factæ (die Außfertigungen) tanquam appendices dotis,

ut

(i) Frommann, c. l. §. 67. add. Heeser de Acquæſt. conjug. n. 180.
Gieſſenes ap. Schilt, T. II. p. 218.

(k) Tot. tit. ff. & C. de Collat. bon. &c de dot. Collat.

ut eas vocat UFFENBACH (*l*) detrahantur. Atque hoc non nunquam in formulis renunciationum expressis verbis continetur, quemadmodum videre est in Formula Stirense apud Per- Illustr. Dn. de LUDOLPH (*m*).

§. 40.

*Si conditio Pacti reservativi existit, dos & portio hereditaria a Filiis nondum dotata simul peti non possunt (*n*). Et enim si dotem accepisset, eandem conferre teneretur, si existente conditione hereditariam portionem peteret (§. 39); adeoque heredes ultimi masculi ipsi tantummodo redderent complementum dotis ad portionem hereditariam; consequenter ubi dotem nondum accepit, & integra portio hereditaria ipsi traditur, dos revera eidem ineft. Non igitur portionem hereditariam & dotem simul petere potest.*

§. 41.

*Si conditio Pacti reservativi existit, filiae pro rata te- nentur de meliorationibus a possessoribus bonorum paternorum factis (*o*). Ultimo enim masculo mortuo nil amplius filiabus ejusve heredibus ex bonis paternis debetur, quam quod accepissent, si nunquam renunciassent (§. 10). Quare cum accepissent bona paterna absque meliorationibus, factae meliorationes ipsis non debentur; atque sic pro rata partis suæ de infidem tenentur. Idem ostenditur per indirectum. Pone filias vel ipsarum heredes non refundere impensas in meliorationes factas*

(*l*) In Tr. de Jud. Aul. & annex. Relat. & correlat. f. 78. Quæst. 5.
add Perez ad Tit. C. de collat. n. 11. 15. 16.

(*m*) In Tr. de f. F. J. Ap. il. p. 172.

(*n*) Harpprecht Vol. Nov. p. 201. n. 77. seqq. Donauer in Resp.
43. n. 17.

(*o*) Befold. Thes. Pr. voce *Besserung*. Gießensee c. I. p. 208.

factas. Quoniam ipsis non debentur bona nisi absque melioratione (§. 10.); locupletiores sunt, in quantum bona meliora facta; & nisi impensa a defuncto in meliorationes factae heredibus ultimi masculi restituantur, cum damno eorum locupletabuntur. Quare cum iniquum sit aliquem alterius damno locupletari; nec sine refusione impensarum meliorationis portionem ex hereditate paterna accipere possunt.

Scholion. Patet id denuo ex Schema inferius adjecto :
juxta quod v. gr. Julia & Seja partem decimam sextam , Car-
fania octavam & ita porro ferre tenentur.

§. 42.

Cum filiæ eam ob causam meliorationes restituere teneantur, quoniam ipsis non debentur (§. 41); Jure petendi meliorationes ad successores ejus qui fecit continuo devoluto, nil refert utrum meliorationes ab ultimo possessore, an ab ejus Antecessoribus, vel a tertio contemplatione possessoris factæ sint (p).

Scholion. Sic si in Schemate adjecto Titius fecit meliorationes, jus petendi quod habet transfert ad Sempronium. Sempronius tursus ad Sejum, Sejus tandem ad Julianum. Quæ tamen cum decimam sextam hereditatis partem accipiat, eandem quoque partem meliorationum repetere nequit.

§. 43.

Si meliorationes ex instrumento quarentigionato probari possunt; possessoribus bonorum jus retentionis competit (q). Quoniam enim filia pro rata debent meliorationes factas (41), exdemque ex instrumento quarentigionato in continenti probari possunt quales & quanta sint (r); igitur debita liquida constituant. Quare cum toties quoties debitum liquidum,

E just

(p) Donauer c.l. n. 23. (q) Giessenes c.l. p. 208. Donauer c.l. n. 24.

(r) Berger in *Oecon. Jur.* p. 1163, n. 11, conf. Lyncker cent. 15.

Dec 1469. pp 1-60, n. 12, v. 1. *Manuscripta*

jus retentionis locum habeat (s); locus quoque eidem erit, si ex instrumento quarentigionato meliorationes probari possunt.

§. 44.

Si meliorationes illiquidæ fuerint, possessor possessionem erga cautionem relinquere & processum liquidationis suscipere tenetur. (t). Etenim in illiquidis locum non habet jus retentionis (u). Ergo nec eodem gaudent ultimi masculi heredes, si meliorationes fuerint illiquidæ. Necesse igitur est, ut possessionem relinquant. *Enimvero quoniam ipsi jus retentionis competeteret, si meliorationes essent liquidæ (§. 43), quamvis vero illiquida sint non minus tamen probabile est, quod factæ fuerint, quam quod non fuerint factæ; ideo adhuc securitate opus, donec certæ fiunt: ne cessa possessione periclitetur jus cedentis.* Opus igitur est cautione.

Ne vero possessionem accipiens temere cavere cogatur, ut & a cautione quam præstítuit rursus liberetur, atque priori possessori satisfiat; hic processum liquidationis suscipere tenetur.

§. 45.

Bona renunciata a masculis pendente conditione irrevocabiliter alienari non possunt (vv). Etenim masculis pendente conditione in bonis renunciatis tantum revocabile Dominium competit (§. 30). Unde cum in translatione Dominii alienatio confusat, & nemo plus juris in alterum transferre possit, quam sibi competit *pervulgata;* nec irrevocabiliter bona renunciata a masculis alienari possunt.

Idem per indirectum sic patet: Pone bona renunciata irrevocabiliter a masculis alienari posse; evidens est quod filia existen-

(s) Berger c. l. p. 883. not. 9. C. D. Heiniccius in H. P. III. §. 216. (t) Donauer c. l. n. 26. (u) Mevius P.

2. Dec. 15. (vv) Tübinger apud Befoldum Conf. 171. n. 146. Nicol. Reusnerus l. 1. Conf. 12. n. 60. seqq. Conf. 13. n. 14. 83.

existente conditione ad illa bona regressus non pateat. Quare cum id expediti juris sit, nisi Pactum hereditatis renunciatae reservativum elusorum reddatur (§. 20); collectu facile est bona renunciata pendente conditione a masculis irrevocabiliter alienari non posse.

§. 46.

Si a masculis pendente conditione bona renunciata oppignorata eadem existente pignus resolvitur (x). Quoniam enim bona renunciata a masculis irrevocabiliter alienari non possunt (§. 45), eatenus vero bona oppignorari possunt, quatenus sunt alienabilia: cum ex oppignoratione sequi possit alienatio; nec irrevocabiliter bona renunciata a masculis oppignorari possunt. Quare cum existente conditione bona renunciata a masculis ad filias revocentur (§. 10), & in vulgus notum sit resoluto jure dantis resolvi jus accipientis; pignus a masculis constitutum existente conditione resolvi in aprico positum est.

Idem per indirectum hoc modo claret: Pone pignus constitutum existente conditione non resolvi; prono alveo inde sequitur, ut filia, si existente conditione ad bona renunciata regredi velit, pignus redimere & æs alienum masculorum solvere teneatur. Enimvero filia existente conditione de illorum ære alieno non tenetur. (§. 37). Ergo pignus constitutum existente conditione resolvatur necesse est.

§. 47.

Ultimus masculus de bonis renunciatis valide testari non potest (y). Quoniam enim bona renunciata irrevocabiliter

E 2 aliena-

(x) Tubingenes ap. Harpprecht. Tr. VII, Rep. VIII, pertot. & ap. Bebold. d. Conf. 171. n. 241.

(y) Domini Antecc. V. 1. C. 20. n. 42. seq. c. 21. n. 26. 29. 31. Tubingenes ap. Befold. C. 171. n. 144. C. 243. n. 33. iidem ap. Giphanius Conf. X. in Tr. Schilteri p. 268. Autor Confil. Gailii Part. I. C. 15. n. 23. seqq. Ingolstadienes ap. Giphan. p. 88. Giphanus p. 53, Errd

alienare nequit (§. 45), testamenti factio vero non est nisi alienatio ultima voluntate facta (z), prætereaque post mortem ultimi masculi bona renunciata ad filias reservatrices revocantur (§. 10); consequens est, ut hic valide de iisdem testari nequeat.

Scholion. Atque hæc vis est verborum: Alsdenn solle mir dieser Verzicht an meiner Erbgerechtigkeit keinen Schaden noch Nachtheil gebähren / sondern ich nach Außo weiz der Rechten in allweg admittiret und zugelassen werden (Schol. §. 9). sive alsdenn soll was ich jetzt aus Händen gelassen mir und meinen Eben ohne männlichес Hinderniß gebühren (Schol. §. 23). Hisce enim Referatrices significant, regressui impedimento esse non debere, quod pendente conditione bona renunciata tam inter vivos quam ultima voluntate alienata vel oppignorata fuerint.

§. 48.

Si ab ultimo masculo de bonis renunciatis in prejudicium filiarum reservatricium dispositum fuerit, hisce vel utile interdictum quorum bonorum, vel hereditatis petitio, vel rei vindicatio competit (a). Si enim ultimus masculus ultima voluntate de bonis renunciatis disposuit; heres scriptus heredem se contendit, quamvis heres non sit (§. 47); atque adeo bona renunciata pro herede detinet. Vnde cum filia reservatrix existente conditione heres civilis sit (§. 10. §. 6.); civili heredi vero contra eum qui pro herede detinet, ad rerum hereditarum possessionem adipiscendam, utile interdictum quorum bonorum competit (b); filia reservatrici idem quoque competit necesse est, si bonorum renunciatorum possessionem adipisci velit.

Si

53. Ertel Obs. Equestr. P.I.O.47. per tor. Coccejus T. I. Resp. p. 766. n. 188. (z) Conf. Stryck de succ. ab Intest. D. 8. c. 10. §. 95.

(a) Domini Antecc. V. 1. C. 20. n. 76. seqq. Hermann Ant. Maria de Chlingenperg T. I. Conf. C. 24. Stryck c. l.

(b) Illustr. Dn. Bæhmer de Aet. S. II. C. III. §. 4.

Si vero heres scriptus in possessionem bonorum missus vel in ea defensus, veluti eo in casu quo in forma Testamenti nihil desideratur vi l. fin. C. de Edict. Adrian. toll.; nihilominus tantum pro herede possidet, cum existente conditione filia heres sit (§. 10); adeoque nil supereft, quam ut filia contra illum agat, ut ipsa declaretur heres, sibique bona renunciata restituantur. Unde cum hereditatis petitione agatur contra eum qui pro herede possidet, adhoc, ut actor heres declaretur eidemque hereditas vel pars ejusdem restituatur (c); evidens est, quod hereditatis petitio hoc in casu reservatrici competit.

Denique si titulo singulari, e. gr. donationis, emtionis bona renunciata ab ultimo masculo in aliquem translata sunt, nec interdictum quorum bonorum, nec hereditatis petitio contra hunc tanquam contradictorem, qui jus hereditarium astricti se heredem afferenti non negat, datur (d); sed cum is qui rem hereditariam ex titulo singulari possidet, rei vindicatione ab herede compellendus sit (e); filiae quoque tanquam heredi (§. 10), contra cum qui bona renunciata ex titulo singulari possidet, rei vindicatio competere debet.

§. 49.

Interdictum quorum bonorum nonniſi in loco ubi bonare-nunciata ſita, hereditatis vero petitio & reivindicatio etiam in loco domiciliū ad reſtitutionem convenientiorum a filia reservatricē i[n]ſtitui poſſunt (f). Etenim interdictum quorum bonorum cauſam poſſeſſionis bonorum nempe renunciatorum respicit (§. 48). Jam vero interdicta quæ cauſam poſſeſſionis respiciunt, i[n]ſtitui nequeunt quam in foro rei ſitæ, ob deficien-tem alias paratam executionem (g). Ergo etiam a filia reservatrice

Ee 3

inter-

(c) Idem c. l. §. XVI (d) idem. c. l. §. 3. §. 16. (e) idem c. l. §. 16.

& n. q. (f) Domini Antecc. V. I. C. 20. n. 81.

(g) Bæhmer c. l. S. II: c. 4. §. 12. not. u. collat. §. 1.

interdictum quorum bonorum institui nequit, nisi coram judice ilius loci ubi bona renunciata sita. Sed hereditatis petitio & reivindicatio sunt actiones reales, utpote quæ ex jure in re oriuntur. Unde cum Actori electio competit an eas in loco domicilii an vero in loco rei sita instituere velit (b); filia reservatrici electio quoque competit, an in loco ubi bona renunciata sita, an in loco domicilii eorum, qui bona renunciata detinent, hereditatis petitionem vel reivindicacionem contra ipsos instituere velit.

§. 50.

Si ipsa reservatrix heres ab ultimo defuncto agnato heres in scriptura est & cum beneficio inventarii hereditatem hanc adgit, portio renunciata ad inventarium non pertinet (i). Et enim filia existente conditione portionem renunciatam ex eo fundamento persequi nequit, quasi ultimo defuncto agnato esset successura (§. 12). Quare cum inventarium, utpote descriptio legitima rerum hereditiarum, non conficiatur nisi de bonis quæ sunt illius, cui succeditur (k); consequens est, ut portio renunciata ad inventarium non pertineat.

Idem etiam hoc modo ostenditur: quando quis cum beneficio inventarii hereditatem adit, inventarium eo fine conficitur, ut constet, quoisque creditoribus defuncti teneatur heres, ne scilicet ultra vires hereditatis æs alienum defuncti exsolvere teneatur (l). *Enimvero cum filia reservatrix non teneatur de ære alieno ultimi masculi (§. 37); nec obligatur ad satisfaciendum creditoribus ex portione renunciata; adeoque nec ea ad inventarium pertinet.*

§. 51.

Filia reservatrix ab iis in quorum gratiam renunciavit sufficientem

(b) Brunnem. ad l. ult. C. ubi in rem actio exerc. deb. n. 14. seqq.

(i) Frommann. c. l. §. 360. (k) Illust. Dn. Heiniccius in Pand. P. V. §. 72. (l) Idem l. c.

ficientem cautionem exigere potest (m). Etenim Filia reservatrici existente conditione portio renunciata debetur (§. 10). Quoniam vero facile fieri posset ut illam alienatam (§. 44. 46) actionibus competentibus (§. 48), consequi non posset, si periret & possessores solvendo esse desissent; ne hoc fiat sibi prospicere potest. Unde cum dubio procul sufficiente cautione de portione renunciata existente conditione restituenda secura reddatur; evidens est, filiam reservatricem sufficientem cautionem ab iis in quorum gratiam renunciat, exigere posse.

§. 52.

Cum itaque *Reservatrix* ob id sufficientem cautionem exigere possit, ut in tuto sit se portionem renunciatam existente conditione consecuturam (§. 51); licet tempore renunciationis istam non exegerit, nihilominus tamquam post factam jam renunciationem, si consultum sibi vixum fuerit, eandem exigere potest (n).

§. 53.

Filia reservatrix ab iis, in quorum gratiam renunciat, inventarii confectionem, & ejus aliorumque documentorum editionem existente conditione ab iis ad quos hereditas renunciata devoluta petere potest (o). Etenim existente conditione *Filia reservatrici* bona renunciata restituenda sunt (§. 10), adeo ut illa alienata vel oppignorata revocare queat (§. 48), sed & ipsa tenetur pro rata de ære alieno parentum (§. 36), ut & de sumptibus meliorationum (§. 41.) Liquido igitur constare debet, quanam & qualia a parentibus ipsius bona relicta, quoque ære alieno fuerint gravata, maxime si post longum temporis tractum stemma masculinum extinguitur. Quod cum non pateat nisi per inventarium; aliaque docu-

men-

(m) Tubingenses ap. Harpprecht Tr. VII, R. 8. n. 10. Kellenbenz Q. 23. n. 16. seqq. Knipschilt. c. l. p. 319. 321. Stryck c. l. p. 813.

(n) Tubingenses ap. Befold. C. 22. n. II. (o) Kellenbenz Q. 23. n. 25. Ertel c. l. T. II. p. 80. & 100.

menta; utique Filia reservatrix ab iis in quorum gratiam renunciat, inventarii confectionem, ejusve aliorumque documentorum tanquam communium (p) editionem existente conditione ab iis ad quos hereditas renunciata devoluta, petere potest. §. 54.

Quoniam adeo inventarii confectione unice in filiae reservatricis emolumentum fit (§. 53); ipsa quoque onus cum illa connexum unice ferat; consequenter sumtus impendendos unice suppeditet necesse est (q). §. 55.

Si inventarium non fuit confeatum, aliqua documenta deficiunt, heredes ultimi masculi tenentur ad specificationem credulitatis juramento ob signandam edendam (r). Si enim nullum inventarium confeatum, deficiuntque alia documenta; quanta & qualis portio renunciata fuerit, probari a petentibus nequit. Quamobrem alio modo quod restituendum determinari non potest, quam edita specificatione jurata. Quoniam tamen fieri potest, ut nec ipsi heredes ultimi masculi certo sciant, quænam portio illa fuerit, de veritate jurare non debent sed de credulitate, quod scil. non credant plus fuisse in portione renunciata.

Scholion. Atque sic invanum abeunt molimina HUSMANNI (s) Pactum reservativum argumento ab impossibilitate liquidationis & separationis bonorum desumpto, impugnantis. Quoniam enim reservatrix confectionem & editionem inventarii (§. 53), juratamque specificationem (§. præl) petere potest; ne hac in parte aliquando difficultas oriatur, præcaveri potest: si vero eveniret, non vitio Pacti sed culpa Filiae reservatricis improvidæ natales suos deberet.

(p) 1. 7. C. de Edend.

(q) Kellenbenz c. I. n. 26.

(r) Frommann. c.l. th. 70.

(s) c.l.

F I N I S.







Marburg, Dr. SS., 1731-35




3

AD18





B.I.G.



ATIO JURIDICA,
DE

XXX.

21

1734,42

CTO NOBILIS DITATIS Æ RESERVATIVO.

QUAM
CULTATIS JURIDICÆ
EO LOCO
ADEMIÆ PROCRERUM EXAMINI
MITTIT

CVS CRAMERV

D. ET PROF. JUR. ORD.

PONDENTE

NE TRAPP,

ARGA WETTERAVO.

TEMB. ANNI MDCCXXXIV.



RGII CATTORUM,

RI MÜLLERI, ACAD. TYPOGR. ET BIEL.